Ecce dies Domini veniet, crudelis, et indignationis plenus, et iræ furorisq;. Esaiæ 13.

Cęli autē qui nunc sunt, et terra, eodē verbo repositi sunt, igni reseruati in diem iudicij, et perditionis impiorum hominum. 2. Petri 3.

Et dicunt mōtibus et petris: Cadite super nos, et abscondite nos à facie sedentis super thronum. Apoc. 6. Luc. 23.

Dedit mare mortuos, qui in eo erant; et mors et infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant. Apoc. 20.

JVDICABIT IVDICES IVDEX GENERAL
IBI NIHIL PRODERIT DIGNITAS PAPAL
SIVE SIT EPISCOPVS, SIVE CARDINAL
REVS CONDEMNABITVR, NEC DICETVR QVAL } LIS

Ibi nihil proderit multa allega
Neque excipere, neque replica
Nec ad Apostolicam sedem appella
Reus condemnabitur, sciens bene qua } re

COGITATE MISERI, QVI ET QVALES ES
QVID IN HOC IVDICIO DICERE POTES
QVO NEC ERIT CODICI LOCVS, NEC DIGES
CHRISTVS IVDEX, DÆMON ACTOR, REVS TES } TIS

Et stellę de cęlo ceciderunt super terrā. Apoc. 6.

Quia cęli sicut fumus liquescent. Esaiæ 51.

Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Esaię 65.

Erūt duæ molentes in mola: vna assumetur, et vna relinquetur: tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, et vnus relinquetur. Matt. 24.

Quia venit dies Dnī, quia propè est dies tenebrarum et caliginis, dies nubis et turbinis. Joel. 2.

Theodor. Galle excud.